

spirituali voluntate abdicare illas a se ipso. Ita Caietanus. Tota nostra perfectio in eo stat, ut a terrenis separati evolemus in caelum; si autem mens nostra tota convertitur ad divitias, in terrenis immergitur, & non valet ad caelestia contemplatione ascendere. Ut ergo perfecti simus voluntas separanda est a retentione divitiarum.

QUESTIO XV.

Quinam sint isti pauperes spiritu, de quibus Christus Dominus loquitur?

103. August.

D. Thom. I. 2.

I. 2. 25. Pauper spiritu superbia.

Coloss. 2. D. Thom.

Chrysof.

ALTIUS hic est examinandum, quinam sint isti pauperes spiritu. D. Augustinus lib. 1. de serm. Domini in monte, nomine spiritus intelligit ventam instantem, Et ita fit sensus. Beati pauperes spiritu, id est, carentes instante superbia vento. Nam ut explicat D. Thomas, Spiritus aliquando dicitur superbia hominis. I. 2. n. 2. Quiescite ab homine, cuius spiritus in navibus est. I. 2. n. 4. Spiritus robustorum, quasi turbo impellens parietem. Et dicitur superbia spiritus, quia sicut per flatum instantur utres, ita per superbiam homines. Ad Coloss. 2. n. 18. inflatus sensu carnis sua. Ait ergo D. Thomas: Beati pauperes spiritu, qui parum habent de spiritu superbia. Seu, ut recte explicat D. Chrysostomus, humil. 9. in Imperfecto. Pauper spiritu est humilis corde; id est, pauperem spiritum habens, qui non magna sapit de se. Et in hoc sensu multi Patres per pauperes spiritu, intelligunt humiles, ut dixi quast. 12. in principio. Et vera paupertas spiritus ex humilitate oritur.

104. Pauper spiritu, hoc est, voluntate. Chromat. Bernard.

D. Thom. Abulens. Hugo. Caiet. Beauxames. Hieron. D. Thom.

Secunda, & vera sententia. Pauperes spiritu dicuntur illi, qui ex interno corde, animo, ac voluntate pauperes sunt; & Apostolos imitantes, omnia sua propter Deum dimitunt. Ita Chromatius in cap. 5. Math. D. Bernardus serm. de omnibus Sanctis, qui ait: Non simpliciter appellat Christus pauperes, propter pauperes necessitate miserabili, non laudabili voluntate pauperes spiritu, id est, spirituali voluntate, &c. Hanc sententiam sequuntur D. Thomas, Abulensis, Hugo, Caietanus, Beauxames, & alij. Tertio, D. Hieronymus, per Spiritum intelligit Spiritum sanctum, id est, Beati pauperes instinctu Spiritus sancti. Sed haec explicatio, ut notat D. Thomas, non distinguitur a superioribus; quia sive humilitas, sive abdicatio bonorum temporalium, conducent ad regna caelorum, non potest esse, nisi ex motione Spiritus Sancti, ut late docent Theologi in materia de gratia.

105. Hilarius.

Pauper spiritu, omnia sua Deo referunt.

Quarto, D. Hilarius explicat, quod pauperes spiritu sint illi, qui nihil sibi attribunt, sed omnia Deo referunt. Ait: Quia consilij sibi, ex sordibus, ac tenuissimis principijs coalitos in hanc formam perfecti corporis procreari, nihil quicquam suum esse, nihil proprium, sed cuncta dono parentis unius tribui. Et nos optimi illius, qui nobis sit ista largitus, exemplo, perfunde in nos bonitatis esse amulos oportere, ut boni omnibus simus, communia omnia omnibus existimemus. Illi sunt pauperes spiritu, quorum est regnum caelorum; qui nihil boni ex se habere cognoscant, sed omnia bona sua a Deo sibi esse concessa fatentur. & ipsi Auctori universi cuncta tribuunt. Sancta pau-

peritas representata est in Abel, ut docet Simon Cassianus lib. 10. cap. 4. nam de eo dicitur Gen. 4. n. 2. Fuit Abel pastor ovium, & Cain agricola. D. Ambrosius lib. 1. c. 1. docet, quod Cain, id est, acquisitio; Abel, qui omnia refert ad Deum, pia devotus mentis intentione, nihil sibi arrogans, sed totum tribuens conditori. Recte Abel seniori fratri antepositur; nam verus pauper spiritu qui nihil suum reputat, sed totum Deo adscribit, omnibus antefertur. Deinde expendit ultima verba Hilarij; nam si pauper omnia sua agnoscit esse dona Dei, & ab ipso accepta, facile ad imitationem ipsius Dei est largus, ac liberalis in proximis, ut in eos bona ipsa diffundat.

Cassian. Gen. 4.

Qui sum Deo refert, omnibus antepositur.

106. Cornel.

Spoliatio bonorum quoddam genus Martij. Hebr. 10.

Quinto, Illi sunt pauperes spiritu, qui aequo animo propter Christum, ac fidem orthodoxam sustinent confiscationem suorum bonorum, quod est quoddam Martij genus, ut notat Cornelius a Lapide; qui enim tollit opes ad vitam sustentationem necessarias, tollit ipsi vitam. Tales sunt multi Catholici in Anglia, qui hujusmodi spoliationem bonorum sustinent. Tales fuerunt multi Hebraei conversi ad Christum; quos Paulus laudat ad Hebraeos 10. n. 34. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscens vos habere meliorem, & manentem substantiam. Ad hanc etiam gradum revocari possunt, qui ob amorem Dei patienter tolerant rapinam suorum bonorum, ac injustitiam illatam a tyrannis, & potentioribus.

107. Cor a divitiis, ne possideatur.

Sexto, Commendat Dominus paupertatem spiritu, & animo: non vetat Dominus, quod quis habeat bona, argentum, aurum, & divitias, sed quod ab hujusmodi bonis sit cor possessum. Et ideo peculiariter in paupertate dixit spiritum, cum in aliis omnibus virtutibus subintelligatur; Beati mites, non natura languida, sed spiritu. Beati, qui lugent, non conditione feminea, sed spiritu. Tamen hoc alio consilio distincte expressit in paupertate, quae requiritur, ut sit spiritus, ita ut a divitiis, ac bonis cor non sit inebriatum; sed quod omnia illa maneant extra illud.

108. Psalm. 61.

Hoc magnopere commendat Regius Vates Psalm. 61. n. 11. Divitiis assuam, nolite cor apponere. Si enim multa bonorum copia tibi advenerit, & tamen internus animi affectus ad illa non rapiatur, sed extra cor maneant, tunc non tibi nocebunt; sed potius per pietatis opera proderunt ad salutem, ut ibi notat Cassiodorus. Ait Ecclesiast. 5. n. 9. Qui amat divitias, fructum non recipiet ex eis. Et 10. n. 11. Nihil est iniquius, quam amare pecuniam. D. Alredus lib. 1. Speculi Char. cap. 24. Notandum, ait, quod non ait Salomon, qui habet divitias, sed qui amat, inquit, divitias; nam profecto electi quique, si forte divitias habeant, non tamen & amant, sed tribuunt, & communicant, & thesaurizant sibi fundamentum bonum. Non reprobatur divitiarum possessio, sed amor, nam possessio externa est, amor autem internus in corde, & hujusmodi affectus in animo radicatus exitialis, & mortiferus est.

109. Job. 1.

Ut Satan detraheret, ac minueret praecalam virtutem Job, ait cap. 1. num. 10. Nunquid Job frustra timeo Deum? Nonne tu vallasti eum, ac domum ejus universamque substantiam per circuitum? Ac si diceret, ut in morali sensu explicem locum, omnium bonorum affluentia, ac divitiarum copia, quam ei dedisti, posita sunt in circuitu

Hugo.

110. Numer. 23.

2. Paralip. 9.

Cor. in quo divitiarum regna ingressum non habet.

Eccl. 1.

Origen.

circuitu cordis sui, non vero in intimo ipsius animae, ut enucleat Hugo, per circuitum, non vero intus percipitis, cum perturbationi. Et quando bona sunt in circuitu cordis, non vero in eo mirantur radices, non nocent; nec nocentum asferunt.

Proficiscitur Balaam, ut malediceret Israel, tamen ait textus Numer. 23. num. 16. Cum Dominus posuisset verbum in ore ejus. Sed cor Dominus in ore Balaam, non vero in corde verbum divinum ponit; sicut nobis narrat Scriptura de Salomone 2. Paralipomen. cap. 9. num. 13. Ut audirem sapientiam Salomonis, quam dederas Deo in corde ejus? Affluentia Dei altissimi adest Salomoni in corde, & Balaam in ore? quoniam hujus rei differentia? Anima Balaam tota repleta, & perfusa erat cupiditate auri, & argenti Madianitarum, ut notat Glossa, & omnes Patres citato loco; at vero Salomoni, quamvis essent multae divitiae, ita nullus fuerit ei similis in Regibus, tamen erant in circuitu, & non in corde, dicebat enim: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Ecclesiastes 1. num. 2. & alia multa, per quae affectus divitiarum reprobatur. Et in corde pleno radicibus, & desiderijs bonorum temporalium non habet Deus ingressum, sed in illo, quod ab hujusmodi est votis denudatus, & liber.

Origen loquens de Balaam homil. 55. super Numer. ait: Expectabat Balaam mercedem a divite Rege; sed Deus iniecit verbum in os ejus, quamvis nondum cor ejus capere posset verbum Dei. Adhuc enim erat in corde ejus mercedis cupiditas, propter quod etiam post verbum Dei, quod habuit in ore suo Balach docebat mittere scandalum in conspectu filiorum Israel.

potius in ipsis temporalibus dominatum tenent; nam sub potestate fidelis pauperis totus divitiarum mundus reductus est; nec enim excellens virtus paupertatis terminis coarctatur, sed caelestibus, & terrenis dominatur, eique omnia deserviunt. Tertio, D. Gregorius Nyssenus lib. de Beatorum dinibus, Orat. 1. ad finem. Regnum, ait, obtinet omnis creatura Dominus, qui propter nos egenus fuit. Ergo, si cum eo, qui egenus fuit, una pauper eris, cum regnante quoque una regnabis. Preme ingeniosa verba S. Doctoris. Christus Dominus, quia obediens Patri propter nos egenus factus est, regnum, & principatum omnis creaturae accepit a Patre. Sic etiam homines vocem Christi Domini audientes, & propter ipsum egestatem, ac mendicantem amplectentes, re-

potius in ipsis temporalibus dominatum tenent; nam sub potestate fidelis pauperis totus divitiarum mundus reductus est; nec enim excellens virtus paupertatis terminis coarctatur, sed caelestibus, & terrenis dominatur, eique omnia deserviunt.

Tertio, D. Gregorius Nyssenus lib. de Beatorum dinibus, Orat. 1. ad finem. Regnum, ait, obtinet omnis creatura Dominus, qui propter nos egenus fuit. Ergo, si cum eo, qui egenus fuit, una pauper eris, cum regnante quoque una regnabis. Preme ingeniosa verba S. Doctoris. Christus Dominus, quia obediens Patri propter nos egenus factus est, regnum, & principatum omnis creaturae accepit a Patre. Sic etiam homines vocem Christi Domini audientes, & propter ipsum egestatem, ac mendicantem amplectentes, re-

Quarto, idem D. Gregorius Nyssenus citato loco Ponderosa, ait, quaedam res est aurum, onerosa res omnis, quae divitiarum causa expeditur: levius vero res quaedam, & sublimia petens est virtus; Ergo nulla ratione effici potest, ut levius sit is, qui se pondere materia afficit, si igitur ad superna nos accedere oportet, ab iis, quae deorsum trahunt, inopes, & egeni simus, ut in supernis versemur. Inter ceteras virtutes pauperi datur regnum caelorum; tanquam ei valde porportionatum, & conveniens. Aurum res ponderosa, & onerosa est; caelum supernus locus, ut ad ipsam tendas, necesse est ascendere; ad superna nemo bene commovere fertur; ut ergo prompte, & expedite valeas evolare, abijce divitias, & esto pauper, & eris expeditus ab onere.

Quinto, Simon Cassianus lib. 10. cap. 4. De caelo, ait, paupertas ad terras descendit, sicut pro nobis factus egenus de calis advenit praefectus in se ipsius virtutis normam, caelestem esse monstravit, cum non habere, neque velle terrena, gerat similitudinem Angelorum: nec minus, quam virginitas cum Angelis habet aliquid commune paupertas; nam sicut Angeli liberi sunt a carne, atque a rebus terrenis, hoc in eis dictante ipsorum creatura natura, ita & homines a carnis concupiscentiis operante divina gratia. Proprius locus paupertatis est caelum; nam paupertas de caelo adventit; in caelo regnat in Angelis: ergo proportionatum ejus praemium regnum caelorum; & quidquid inferius consistit caelo, etiam paupertate invenitur inferius. Nec enim convenientius unicuique designatur regnum, quam in folio sibi proprio atque nativo.

Sexto, Pauperi deferuntur regnum caelorum: pauperes creantur in Reges. Sed quid? Abiecta in pauperibus paupertas cum amplitudine regali? Multum per perscrutans omnem modum. Nam sicut Regi omnes tributa solvant ad sustentandas regales expensas; ita pauperi omnes subsidia deferre debent, sive Reges, sive Principes, sive dynastae, omnes hac tributi lege astringuntur; nemo ab illa liber, ac exemptus invenitur. Aptè D. Paulinus Epistol. 3.

QUESTIO XVI.

Quare pauperibus spiritu promittatur regnum caelorum?

111. Pauperes qui pro Deo terrena contemnunt, caelestia lucrantur.

112. Bernard.

UNICUIQUE virtuti suum assignatur praemium; paupertati vero regnum caelorum. Ad quod est germana, & communis solutio. Pauperes propter Deum abjecerunt divitias, & mundi honores; ideo valde proportionatum, ac conveniens, praemium ejus designatur regnum caelorum, in quo sunt verae, perpetuaeque divitiae, atque honores. Ut omnibus fiat notum, quod illi, qui pro sequendo Deum sua dimitunt, minime defraudantur, sed potius multo majora dona lucrantur, & bona.

Secundo respondet D. Bernardus serm. 21. in Cantica; adducens verba: Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum, ait S. Doctor: Non eos asstimem sola caelestia possidere, quia ea sola audiunt in promissione, possidemus & terrena; & quidem tanquam nihil habentes, & omnia possidemus, non mendicantes, ut miseri, sed ut domini possidentes: eo pro certo magis domini, quo minus cupidi. Denique fidei homini totus mundus divitiarum est, totus plaudet: quia tam adversa, quam prospera ipsius, aequè omnia serviunt ei. Omnia terrena caelestibus subjacent; omnia mundialia famulatum, ac obsequium praestant caelicis possessoribus; pauperibus spiritu datur regnum caelorum; & non inde terrenis spoliantur, sed

Pauperi omnia subsidia deferunt, & famulantur.

113. Nyssen.

Magnanimum praemio velis, & aliorum considerate.

114. Nyssen.

115. Cassian.

Caelum proprius paupertatis locus.

Convenienter quilibet regnum in folio sibi proprio tenet.

116. Omnes tributa pauperibus in pauperibus paupertas cum amplitudine regali?



ad Arum, explicans illud Christi Domini Matth. 22. n. 21. *Qua sunt Caesaris, Caesari, ait S. Pater: Nam, cum tributum (sicut scriptum est Rom. 13. n. 7.) dederit, cui Debet, tributum tunc & manus aperiens pauperi fructus opera sua porrigens inopi spirituale vult gal pensat, & redditum possessionis in tua malitia stipendium suggerit.*

117. Septimò, Valdè mirum, quod fastigium regni caelestis pauperibus detur. Valde omnibus notum, quata mala ex paupere principe, ac dominatore nascantur. Nam cum famelicus, & egenus, omnium bonis impinguescere, & ditari affectat, nulli parcat, ut suis lucris consulat. Ad quid ergo Christus eligit pauperes in Reges? Non communi pauperi regnum traditur, sed pauperi spiritu, qui nullo divitiarum desiderio tenetur, & si aliquid habet, vehementer appetit, in alios diffundere, ac elargiri. Magna Dei clementia, quòd his pauperibus dat regnum, qui bona sua in omnes transferri affectant, ut pro omnibus obsecrent, & orent.

118. Octavò, Unde pauperi mendico advenit tam amplissimus caelestium thesaurus? Ab inopia ipsa, quia pauper dives est paupertate. Sic inquit D. Palchafius lib. 3. in Matth. *Unde pauperes in de divites sunt.* Nam, si homo eligit Christianam inopiam, ibi invenit omnes caelestes divitias, magnam enim connexionem habent cum ipsa paupertate, ut omnes ad ipsam confluant, & descendunt.

119. Cum Jacob iter faceret in Mesopotamià, & venisset ad quendam locum pro pulvinari aptavit lapidè, & supponens capiti suo obdormivit. Ecce aperti sunt caeli, *Et vidit in somnis scalam stantem super terram & cacumen illius tangens caelum, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum inmixtum scale.* Genes. 28. num. 12. Cur hic panditur caelum Jacob? Cur hac caelesti visione non recreatur in domo patris, ubi habitabat in tabernaculis, Gen. 25. n. 27. contemplationi, & orationi deditus? Vel cur potius tanto favore non fruatur in domo Laban, in qua noctu, & die serviebat? Quando Jacob morabatur cum patre Isaac, ejus amplissimis potitus divitiis, homo erat valdè locupletatus. Quando cum Laban, ejus bonis tanquam consobrino, & gener satiabatur, imò etiam pro familia sua multa, & magna acquirebat. At verò hoc in loco Jacob in summa paupertate erat, ut ponderat Rupertus lib. 7. in Gen. cap. 22. Lippoman. Omni paterna opulèntia destitutus, super terram dormiens, pro pulvinari lapide utebatur, pro lectulo terra, nullo famulo, nullo equo ad itinerandum stipatus: & ubi tanta in homine erat paupertas consequens erat, ut caelestibus divitiis frueretur, & caelo reterato Dei praesentia delectaretur. D. Chryostomus homil. 54. in Genes. *Acceptit lapides, ait, & posuit super caput suum. Vide pueri robur, lapidibus pro pulvinari usus est, & super pavementum dormivit. Igitur quoniam bene moratam animam habebat, & moseculum spiritum, & ab omni vanitate liberum, admirabilem illam visionem meruit.*

120. Nudus ascendit meus Jesus ad crucem, *Milites ergo, cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus.* Joan. 19. n. 23. Et quare omnium Dominus hanc mortè eligit, qua nudus occumbat? Cur non vestitus suam sanctissimam ani-

am exhalat? Pulchrè D. Athanasius orat. de Athan. Passione. *Quum enim, ait, exueretur Dominus, eo ipso invisibiliter erigebatur de diabolo trophæum.* Et postea subdit: *Mortè sua suos sublebat Dominus in caelum.* Erat Dominus in cruce expositus lians diaboli principatum; & suis membris, hoc regnum caelorum; est suis electis, aperiens portas regni caelorum; in extrema nuditate crucifixus pender, nam ipsa paupertate, ac nuditate maximè acquiritur, ac rahitur regnum caelorum.

QUESTIO XVII.

Quare pauperibus spiritu detur praemium de praesenti?

MAGNUM in hoc latet sacramentum, quòd mitibus, lugentibus, esurientibus, &c. de futuro assignatur praemium. Possident terram, consolabuntur, saturabuntur: at pauperibus de praesenti indicatur regnum, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Et dici potest ex gravibus Auctoribus, quòd dicitur de praesenti sicut de primogenito communiter loquimur, verbi gratia: Hic majoratus est hujus primogeniti, quoniam jus illius ad ipsum pertinet. Sic de pauperibus facit Dominus: quoniam ipsorum est regnum caelorum, hoc est, hereditas regni caelestis ad ipsos pauperes spectat. Sed semper urget doctorem. Quia etiam jus possessionis terrae, & consolationis ad mites, & lugentes attinet, & tamen Dominus de futuro loquitur cum eis.

Secundò ad quaestionem respondet Guarricus Abbas serm. in solemnitate omnium Sancto-rem. *Rectè itaque, ait, Dominus beatitudinem praedicans pauperum, non ait: Ipsorum erit regnum caelorum: non solum propter jus firmissimum, sed etiam propter pignus certissimum, usum, ne felicissimum; non solum quia paratum est eis ab origine mundi, sed etiam quia jam in quendam usus possessionem ceperunt introduci, jam habentes thesaurum caelestem in vasis fictilibus, jam portantes Deum in corporibus suis, & cordibus. Quam beatitatem, cuius est Dominus Deus ejus! Quam vicini sunt Dei regno, qui Regem ipsum, cui servire regnare est, jam possident, & gestant in suo corde. Dicitur: Ipsorum est regnum caelorum, non solum propter jus, sed etiam propter pignus, & quia Deum cui servire regnare est, jam gestant in corde suo. Sed instabis, Lugentes, misericordes, ac mundi corde Deum in sua mente, & animo habent, & jam beatitudinis pignus secum asportant. Verum dicis, Tamen ita Deus invisceratur, ac peculiari & singulari modo inhabitat in paupere, & humili praesentibus aliis ceterarum virtutum ditatis, ut is jam tenere videatur; eique conferatur, quòd alij sunt adepturi. Et nota, quòd paupertas tantæ æstimationis est, ut pignus beatitudinis dicatur.*

Tertidò, Idem Guarricus citato loco ad finem, Vos, ait, quibus amica est paupertas, & grata spiritus humilitas, securus facti de possidendo regno incommutabilis veritas vestrum illud esse, asserens; vobis illud repositum fideliter custodiens. Pauperibus non in futurum differtur spes, sed de praesenti jam datur regnū, quia paupertas, & humilitas,

Paulin.

Rom. 13.

117.

Pauperibus datur regnum, ut pro nobis orent, & impetrent.

118.

Pauperibus datur regnum, ut pro nobis orent, & impetrent.

119.

Genes. 28.

Rupert. Lippoman.

Pauper dicitur spiritus caelestis frui.

Chryost.

120.

Joan. 19.

litas, ac Dei timor inter ceteras virtutes, quos sua supellectili exornant, maximè securus, & certos faciunt in possessione, ac inquisitione regni caelestis.

124. Haymon.

Qui bona pro Deo dimittit, regnum caelestium recipit.

125. Bernard.

Paupertas habet quantum dulcedinem regni caelestis.

126.

Luc. 12.

Hugo.

Paupertas ipsa opulèntiam regni.

Chryolog.

Apocal. 2. Viegas.

127.

Reg. 2.

quentium hostium, in magna paupertate degen-tem qui ob sui amorem omnia reliquerat; Eliasi- dum ferretur in aërem, filios remisit melotera suam; & in ea involvebatur signum propheticæ paupertatis, ut docet D. Chryostomus statim dandus; & cum ei concedit monumentum suae paupertatis, ibi dat solamen in laboribus, tutamen in adversitatibus, quietem in persecutione, opulentiam in egestate. Et ex multis, quæ de hac re tradit Chryostomus homil. 2. ad populum Antiochenum ad firmam; hæc pauca accipe. *Magna possessio paupertas, ait, sapienter ipsam serventibus; thesaurus, qui nequit auferri, baculus firmissimus; inculpabilis possessio, diversarium ab insidiis tutum.* Et post pauca subdit: *Validum enim est in inopia, & inexpugnabile habitaculum, & turris inconcussa. Tanquam maximam hereditatem Elias melotem suscepit; etenim maxima fuit hereditas omni auro pretiosior.*

Signum paupertatis, ut tamen & solacium maximum.

Chryost.

Matth. 5. n. 4. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

VERSIONES.

Chryost. in Imp. Beati mansueti.

homi 9.

Syracus.

Græcus.

Arabicus.

Hæreditatis jure possessuri sunt terram. Hæreditate possidebunt. Hæreditabunt terram.

EXPOSITIO.

**I**N Codice Græco, quem sui Patres Chryostomus, Euthymius, Theophylactus, & alij amplectuntur, hæc est tertia beatitudo; nam secunda lugentibus attribuitur. In nostra verò vulgata Latina editione, quam sequuntur Latini D. August Hieron. D. Bernard. D. Palchafius, hæc est secunda beatitudo. Et rectè pauperibus spiritu connectitur mitem: quia ut docet D. Palchafius lib. 3. in Matth. *Pauperes, & humiles multas patiuntur injurias, & incommoda, & ideo mitem indigent.* Chromantius vero ponderans, quòd prius dicitur pauperes spiritu, & postea mites, addit: *non si mare tranquillum, nisi cessare int ventis, non extinguatur ignis, nisi materia incendij, spinarumque fermenta detaxeris: sic nec animus erit mitem, & quietus, nisi qua excoctum, & inflammatum fuerit abacata.*

128. Chryost. Euthym. Theophyl.

Angust. Hieron. Bernard. Palchaf. Incognit. Pauper ap- paretur patientia ad injurias sustinendas. Chromant.

Ait Dominus: Beati mites, Eos beatos appellat, quia, ut ait Climacus grad. 24. *Mansuetudo magistra gaudij, imitatrix Christi, caelicum proprietatis, vinculum, & nodus demonum, scutum adversus amaritudinem, seu animi acerbicatem: In cordibus mansuetorum requiescet Dominus; anima autem turbata nidus est diaboli, Mites, inquit Theophylactus, & Euthymius, dicuntur illi, non qui penitus non irascuntur; hujusmodi enim insensati sunt: sed qui iram quidem sentiunt, mites quidem esse non continent; quando autem oportet, irascuntur. Sicut dicit David: Irascimini, & nolite peccare, Psalm. 4. n. 5. Mites tamen, ut rectè explicatur, sunt illi, qui iræ, impatientiæ, indigni- tatis, ceterisque animi motibus inordinatis imperant,*

129. Mites curi beati. Climacus.

Theophyl. Euthym. Quinam sine mites quidem oportet irascuntur. Psalm. 4.